






1242



2.


Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading.

4^o Phyl. 172.

Historia naturalis. Regnum vegetabile
Parti botanici Galliae 570.
Phyl. N^o 146.

6.

D. IONCOVET
HORTVS.



D IONCVET

— 1717 —

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS



DIONYSII
IONCQVET
MEDICI PARISIENSIS
HORTVS,

SIVE
INDEX ONOMASTICVS
PLANTARVM,

QVAS EXCOLEBAT PARISIIS
ANNIS 1658. & 1659.

*Accessis ad calcem, Stirpium aliquot paulo obscurius denominatarum
Officinis, Arabibus, Aliis,
Per CASPARVM BAVHINVM Explicatio.*



PARISIIS,
Apud FRANCISCVM CLOVZIER,
in Area Palatij.

M. DC. LIX,
CVM PRIVILEGIO REGIS.

DIONYSII
JONCOVET

MEDICI PARISIENSIS

HORTVS

SECV

TRINITY OGMASITVS

PARISIENSIS

BIBLIOTHECA

REGIA

MONACENSIS

Printed in Paris by the Author at the Press of the Royal Academy of Sciences
Paris, 1717.



PARISIENSIS

Acad. FRANCISCAE GYMNASII
in Aed. Regia.

MDCCXVII

CVII PARISIENSIS REGIA



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY



*GVENALTVM que docta manus simulavit in ere,
GALENVM sculpsit, sculpsit & HIPPOCRATEM.*



REGI, PRINCIPIBUS,
ORBI ET VRBI NATO

FRANCISCO
GVENAULT,

SVI SÆCVLI MEDICORVM
FACILE PRINCIPI,

DIONYSIVS IONCQVET
DOCTOR MEDICVS PARIISIENSIS,
CVM FELICITATE,
LONGOS ANNOS.



*IR meritissima fama,
& tuo auro major! ad
utilissimum rei herbaria
studium, properantem
me impulerunt, deman-
data mihi ab Ordine no-
stro, Stirpium edocenda-
rum prouincia, tuumque
illud consilium, quo, earumdem in morbis*

Salutarem vsum tantopere commendabas: ad-
diderunt currenti calcar, insignis Liber ille cui
titulus est, Hortus Regius Blesensis, & Caspari
Bauhini Pinax: qui exactissimo labore similem
in recensendis Plantis seriem observantes, con-
uincunt vltro: temerarj esse alium excogitare,
pro iis denominandis ordinem, ab eo quem in-
geniosa sagacitate inuenerunt. His Ducibus,
Horti nomenclatorem mei editurus in lucem,
pensum hoc meum si probaueris, quidni spe-
rem, & aliis Medicis placituum, quod hu-
manitas tua condiuerit: Illi enim siue Regi
& Optimatibus regni, siue Conciuibus opem
ferant: vbi nouitate morbi, eiusdem mali-
gnitate aut sauitia, quasi attoniti stupent!
cum exoratus tandem accedis, illico recreati
& gestientes; Tui esse suffragij laudis sue
cumulum putant: variorum quippe affe-
ctuum similitudines quæ peritissimis impo-
nunt, detegis ingeniose, explicas facilius, me-
dicamenta salutare Deorum manus admo-
ues arte summâ, atque cum deplorata salutis
horrenda signa mentem obruunt agrotantis

Et adstantium, solus Tu inflectis sensus,
animosque labantes erigis. Quin et in
Comitiis nostris si quid difficile; illud tan-
tum statuendum censent uniuersi, quod
Tuo praiudicio decreueris. Vnde quod à
Schola condita vix ulli contigit, viua
omnium voce non ita pridem selectus in
Decanum! huius ut et cuiusuis alterius
dignitatis insignia, quæ multi efflagitant
ambitiosè, modestissime recusasti! quod
electiones illas, cacutientis interdum
sortis perituras intra biennium, is spernat
iure, qui dudum ab optimis Collegarum
perpetuus Ordinis nostri desideratur Prin-
ceps: Et licet Astyagis felicitati quondam
obfuerit Gyges Lydus, Seruulus pumilio!
Nullus Tibi: Cunctis enim dignus videris
fastigio Artis tuæ; Ad quod non Amico-
rum officia, sed sola Virtus meritissimum
euexit. Nec est quod atas nostra lugeat
tot extinctos scientiæ nostræ Mystas præ-
cellentes; nec eam fortè Coauorum interi-
tus pænitebit, omnium Te doctrinam nec-

*non artes compensante. Et inquirere, cur
Diua humana beatitudinis Hygieia in Te
delicias inuenerit, & fortunam virtus?
noui hominis minus est, quam insanientis:
quandoquidem tuis semper assident con-
siliis cum Ioue sospitatores, εὐπρόχλη, & erga
Collegas omnes amor singularis: hinc fa-
ctum fuit, ut hic εὐδαιμονίας ordiaris, quam
Tibi certissimam in Caelo disponunt Fata.
Dicam verbo: Cum Regem habeas expe-
rientiæ tuæ Prædem, Præconem Aulam,
Buccinatores Populum; nec Tibi nomen
nec fama mentitur,*

Vale diuque viue,

Et meritos Deus addat honores.



LECTORI.



MICE LECTOR, paulo serius prodijt in lucem Libellus iste quod noluerim sollicitare Custodum fidem, apud quos olim inhabitabat Flora Parisiensis; quid facile coëmendarum, aut permu- tandarum cum illis Stirpium in- terturbauerit officium, nescio. Contigit forsan il- lud vitio gentis humanæ, quæ sub pedibus posita negligit: Forsan quod plantarum Cultores labo- riosi quotquot ferè huc sunt, (si Morinos fratres exceperis) ne perciperent suarum imminutionem opum, anteverterunt expostulationis nostræ mole- stiam: saltem illud euenit, quod priuati hominis commercium dedignaretur stipendiis regiis, loci amplitudine, titulis & multa temporum ratione superbiens Hortus Regius Parisiensis; qui tamen paucissimas habet, alitque plantas, annosas licet, in quas sumptus non fecerim; vel quæ inutiles expe- ctatione desideria mea mouerint. An vico versâ? Iudicabunt Oculati. Sed multis me charissimisque pignoribus deuinctum testor lubens, nostratibus Gallis & Botanicis Gentium exterarum, quorum

muneribus & industriâ, quæ ad me venerunt semina stirpésve nondum descriptæ, ideo cohonestantur nomine Mittentium, ne beneficij in me collati obli-teretur memoria. Verùm ingrati prorsus animi & obliuionis pœnitendæ, ingens foret argumentum; nî palam publicèque profiterer, à nusquam intermorituro & percelebri Horto Regio Blesensi, ac-cepisse me, rei herbariæ matura desideria postero- res curas, sensisse auctum Hortum subsidijs Regiæ manus, nec inuito sua bona largientis. Nec me quæso insimules impietatis & socordiæ, quod no- uissimis votis, tantum in terris Stirpium non ado- rauerim Numen, Serenissimum Aurelianensium Du- cem, Christianissimi Patrum Regis, qui Stirpes ex omnibus mundi plagis in Hortum suum asportatas coli iussit, atque calmet cœlaturæ picturæque be- neficio immortalitate nouari: imò Princeps ille verè Regius; Iustitia & Pietate magis, quam triumphis, Natalibus, vel suâ Coronâ Nobilis, subduxit hodiernæ ambitioni vitam, vt eiusmodi virginibus com- modius frueretur in secreto. Et sanè tenuitate mu- neris interpellare quietem solitudinis adorandæ, crimen fuit audaciâ nostrâ majus; Imo timenti adire penetrabilia Sacræ Domus & Ignoto, sat fuit, limen sanctissimum tacitâ veneratione salutare. CÆTERVM, AMICE LECTOR, hancce no- stram nouationem inspecturus, obserua illud qua- rumdam stirpium denominationi adjunctum *Indig.*

Plantas indigenas denotare, & Lutetiano solo familiares, quarum vulgarissimæ, vel quæ degunt in palustribus, exularunt è consortio rariorum; quasque in ordinem redegitis dumtaxat, ut qualiscumque noster ille minutissimus labor, tibi foret Enchiridion Botanicum Parisiense. Disces unà, Stirpes interrogante determinatas puncto, vel celebris Botanici patrocinio viduatas, ad me transmissas esse, aut euulgatas, eo nomine quod ita non placet, mox à Te, & gestiens, accepturus quid magis περιουμένον, vel grandioribus & adultis, daturus nomenclaturas puriores; Et certè gaudium erit, legibus acquiescisse Peritiorum, aut seuerâ monitionis lege profecisse. Fugit namque manus meas, Onomalticus ille Plantarum Index, paruulum opus, aliquâ certè liturâ corrigendum, cum homo sim in re Botanica Triennis, & superbè nimis aspernetur mortalitatem qui peccare se erubescit: nam quidquid Typis erratum est, condonabunt Eruditi. Fœtui nascituro deformi, præbuit occasionem, cum expectatione Gentium longius distitarum, quæ inopiam meam perperam laudauerunt, irrequieta Philiatrôn sollicitudo, quos laboris tot nominum exscribendi pœnitebat iure: enimvero illorum voto non solum facio satis, sed & meo; scilicet ut harum diuites opum, vno intuitu emetiantur, quid illis possim impertiri; quasve prece, pretio, vel commercij lege Plantas, desideret Curiosus. Cum

iam nimis notum sit omnibus , non ita sanum esse
 eam à mendico stipem erogare, quam ab aliorum
 munificentia expectat supplex. Forſan dabit cis pau-
 cos dies meliora Deus: cum iam habeam in nume-
 rato , Etymologiam Stirpium , earumdem doſim,
 & primarias ad medendi uſum qualitates ; quibus
 addam umbratilem Externarum descriptionem ,
 more meo, hoc eſt paucis ; Interim Tibi , Lector
 beneuole , longum ut expeto , ſic & infero Vale.
 I X. Iulij anni Domini 1659.

ATTESTATIO.



VM Reipublicæ Literariæ interſit, Doctorem virorum Lucu-
 brationes laudari ; tum eas poriſſimum , quæ ad orium non
 tantum nobilioris humanæ gentis, ſed & vniuerſæ ſolatium
 inſtitutæ ſunt : Nos infrà ſcriptos Doctores Medicos Facul-
 tatis Pariſienſis decuit , nunc illud ipſum præſtare in huius
 Nouitij Operis gratiam, cuius Argumentum eſt, DIONYSII
 IONCQVET, *Medici Pariſienſis Hortus ; ſive , Index Onomaſticus Plan-
 tarum , quas excolebat Anni Domini 1658. & 1659. &c.* Id quippe rationis
 eius eſt ac notæ , ut paris generis quibuſque aliqua conſultatione præcellat.
 Nec enim, in Herbarum nomenclatura ſolum conſiſtit, at illam intuper bono-
 rum Scriptorum qui graphicè ipſas depinxerunt, autoritate confirmat.
 Ve ſic & ſtudiis Botanicis prouectos, & hæc eadem iam primum tractantes, Au-
 thorem eruditiffimum ſibi omnes deuinxiffe teſtamur. Die 22. Iunij 1659.

ANT. CHARPENTIER.

GVIDO PATIN, Profeſſor Regius.

SEB. RAINSSANT.


NIC. MATHIEV.

IAC. MENTELIUS.


FRANC. BLONDEL, Decanus.

EVS. RENAVDOT.

FRANC. DE LA CHAMBRE, Archiatros.



AD SANITATEM
HORTI IONCQVETII
PRÆSIDEM,
ODE.

IGENTIS cui præsidium & decus
Hygea, præsens immedicabilem
Arcere Lethen, & Sororum
Fila trium, Volucrisque Fati

Tardare pennas: te decorum Deam
Florentis inter munera Chloridos
Verno reclinatam cubili
Fasce super redolentis herbæ

Pallas marito conscia IONCQVIO
Enixa, fertur non sine plausibus
Dulci rosetorum sub umbrâ
Puniceis religasse sonis.

Te rara Buxus, flosque novus Rosa,
Nardisq; & omnis copia narium
Amplexa, flagrantem per auras
Spargit Achemenios odores.

Te Barba capræ, te Botrys Indica,
Myrtusque binis prodiga fœtibus,
Transferre cum pompâ, virentis
In solum meditantur aula.

Hinc sæua furæ regna Proserpine,
Ditemque rides illacrymabilem,
Tuoque submittit cruentos
Imperio Libitina fasces.

Te robur audax omnia perpeti,
Sanique risus, & Charitum genus,
Sales verecundi salutant,
Atque oculo saliente ridens

Vigor inuenta. Membra sed occupans,
Effæta languor, luctus, & horridis
Morbi figuris decolores,
Canities, Maciesque retro

Morosa cœsit. Te dominam suo
Præfecit horto, ruris honoribus
Ante irreperitis te coronat,
Paonio celebratque Libro.

Apollinaris culmen adorcæ,
Artisque Phœbi IONCQVIVS arbiter
Florumque, qui succo potenti
Funereis dominantur Urnis.

Authore CLAUDIO HENRICO DE VVAHA,
Canonico Louaniensi.

PRÆSTANTISSIMO
ET DOCTISSIMO VIRO;
MEDICO PARIENSI,
INCOMPARABILIS PROBITATIS,


D. DIONYSIO IONCQVET
DOMINO OBSERVANTISSIMO
OVIDIVS MONTALBANVS
PHILOSOPHVS, ET SIMPLICIVM
Medicam. Professor in illustrissimo
Bononiensi Collegio,
S. P. D.



GRATISSIMÆ supra modum omnem Mihi fuerunt Littere tuæ, quas mihi reddidit nobilissimus Patritius Bononiensis Bouius, dum patrios ipse hinc discessus repetiit lares: In iis ego cognoui summam in me benevolentiam, ardentissimum tuum in Botanica studia amorem, insignemque in illis profectum: Accepi pariter ab eodem Patritio, missurum Te ad nos Exemplar unam, eius, tuarum Stirpium Indicis, quem typis es propediem mandaturus, de quibus omnibus valde letor, innumeras Tibi debere grates profiteor, spondeoque quas potero redditurum. Utinam locorum intercapedo vastæ & immanis, litteras & frequentes & prolixas non respueret, certè multa à te perquirerem Dubia resoluenda, quæ Tibi ob variam Authorum lectionem, parum difficilia, aliis impossibilia forsàn viderentur. Grande Opus modo Deus det perficere, sum aggressus: volumina sunt, famigeratissimi nostri Doctoris ALDROVANDI de Plantis, quorum primum volumen media iam parte ex-

cusum pro more Philosophi & Medici BONONIENSIS explicat. 1. Genus remotum cum causis omnibus. 2. Genus proximum cum Encomio multiplici. 3. Differentias Quercuum à Robore, & aliis Glandiferis. 4. Obseruationes varias Quercuum exoticarum. 5. Nomina varia & Etymologiae earundem. 6. Denominata & cognominata. 7. Symbola, seu Hieroglyphica & Emblemata. 8. Proverbia & Paramias. 9. Fabulas & Superstitiones. 10. Historica. 11. Imposturas & Fraudes. 12. Insomnia. 13. Vsum in Insignibus vulgo Armis dictis. 14. Numismata & Statuas. 15. Vsum in Medicina. 16. Vsum in cibis. 17. Vsum in variis. 18. Portenta & Prodigia. 19. Mystica & Moralia. 20. Sympathiam & Antipathiam. 21. Enigmata. 22. Morborum causas, & eorumdem remedia. Cæterum arboreum genus iterum in septem distribuitur classes. Prima Arbores habet Glandiferas, quarum fructus coriacco tacti sunt operimento, vs Castanea, quæ ex Galeno Glandium optima est. Secunda, Nuciferas Arbores describit, quæ fructus gerunt lignoso, ossæve cortice fere tactos. Tertia, Pomiferas arbores recenset ad victum Mortalibus suppeditandum aptas natas, cum suis fructibus humidis & tenui pelle circumdatis. Quarta, explicat Bacciferas, quarum fructus oleaginosos partim, aqueos partim ostendunt, peruos omnes. Quinta, Siliquiferas continet. Sexta Floriferas tantum. Septima, Infelices, &c. Doleo me non posse particulariter de iis conferre tecum, quia id mihi esset maximo iuamento, tam in elucidatione, quam in diiudicatione. Sed vereor, ne hæc quantumvis brevis Epistola, inclusi libelloli à me suppositio editi nomine, cui Titulus est, Bibliotheca Botanica, appareat nimis grauis tanto itineri, Bononia Lutetias. Vicumque tamen officiet Fortuna: Credidi certè, eas tuto progredi posse Mercatoris alicuius ope litteras, quæ iam simplicis solij excedunt molem: Atque hæc per me satis dicta sint & data. Id tamen subiungam, vnum hoc, mihi multis esse maximum, si firmiter credas tuis me semper toto corde, totoque animo obsequaturum iussionibus. Vale, & me amare perge. Dabam Bonon. XI. Kal. Nouemb. M. DC. LVIII.





CONSULTISS. MEDICINÆ DOCTORI,
 Rei Herbaria vs Experto sic Magistro,

D. IONCQVET.

QVÆ Natura ferax genuit, tu singula nosti:
 Prodigæ quæ syluis sparserat, arte legis.
 Sic Natura tuo surgit rediuiua vireto,
 Dum nouus è plantis orbis in orbe micat.

AD LIBRVM EIVSDEM.

I Liber, & cunctis diuinâ consite plantis
 Arte, bea populos quæis Paradisus eris.
 Quàm facili totum percurres tramite mundum,
 Nam foetus genitor noscet vbique suos.

V. B. Abbas Tholos.

CLARISSIMO VIRO
 DOMINO D. IONCQVET
 DOCTORI MEDICO PARIISIENSI,
 Et Scholarum olim Professori Botanico.

In suum Stirpium Catalogum ex omnibus Terræ plagis collectarum.

EPIGRAMMA.

QVO IONCQVETVS alit stirpes, tres circiter anni
 Fluxerunt: minimo tempore magna dedit.
 Scilicet has didicit, docuit, collegit in Hortum.
 An Diues Plantis? aspice, iam numerat.

CLAVDIVS LE VASSEVR, Doctor Medicus Parisiensis.

IN ONOMASTICVM PLANTARVM
INDICEM, AB AMICO SVO SINGVLARI

D. IONCVET,

Editum & Desideratum.

Quisquis *Natura vegetantis in abdita queris*
Intrate, & Plantas noscere, mente sagax,
Consule, IONCVETI, praeclarum gnauus Elenchum,
Quo vix Blasensis ditior esse queat.
Non Chiron melius, Podalirius, atque Machaon
Herbarum vires edocuerunt suos.
Illum praecipuis quid obest conferre Magistris?
Iunior emeritos vincit in arte senes.

ARMANDVS IOANNES DE MAVVILLAIN, Ex-Professor Botanicus.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS Christianissimi Priuilegio, Cautum est, ne quis
in Regno, & aliis locis suae ditionis excudat, vendat, aut
foris excusum a sportandum curet librum, cui titulus est,
DIONYSII IONCVET *Hortus; siue, Onomasticus Plantarum*
Index, quas excolebat Parisiis annis 1658. & 1659. Cui accessit ad cal-
cem, &c. absque illius consensu & licentia, intra decennium, à
die publicationis exemplariū: Qui secus fecerit, multæ indictæ,
prout fusius in Diplomate Regio continetur, subiacebit. Datum
Parisiis 26. die mensis Iunij 1659.

De Mandato Regis. Signatum, DE NICOLAS.

*Hac prima Editio fuit absoluta die 15. Iulij, 1659. Exemplaria consignata
sunt quae in Priuilegio continentur.*

INDEX



INDEX ONOMASTICVS PLANTARVM,

QVAS EXCOLEBAT PARISIIS

annis 1658. & 1659.

DIONYSIVS IONCQVET,
Doct̃or Medicus Parisiensis.

A



ABIES Hist. Lugdun. alba siue femina.
B. pin.

Abrotonum mas Dod. mas angustifolium majus. B. pin.

Abrotonum mas incanum Col. mas angustifolium minus. B. pin.

Abrotonum odoratum humile Dod. mas angustifolium minus. B. pin.

Abrotonum campestre B. pin. *Artemisia tenuifolia* Dod. *Indig.*

Abrotonum femina vulgare Clus. femina foliis teretibus. B. pin.

Abrotonum femina Narbonense Clus. femina flore majore.
B. pin.

Abrotonum femina foliis *Ericæ*. B. pin. Vnguentaria Lutatianorum ? Male chamæcyparissus Dal. Lugd.

Abrotonum femina viride B. pin. femina sextum Clus. descr.

Abrotonum latifolium arborefcens. B. pin. **Abúnthium** arborefcens Tab. & Obs. Lob.

Abrotonum latifolium inodorum. B. pin. Absinthium inodorum & insipidum Dod. Artemisia angustifolia secunda, quoad figuram Clus. Absinthio vulgari simile?

Absinthium vulgare Fuchf. latifolium Dod. Ponticum seu Romanum Officinarum seu Dioscoridis. B. pin.

Absinthium maritimum Lauendulæ folio B. pin. latifolium marinum hort. Eyst.

Absinthium repens Tab. Ponticum repens vel supinum. B. pin.

Absinthium Seriphium vulgare, perperam Dioscoridis Icon. Lob. Seriphium Belgicum. B. pin.

Absinthium Seriphium Gallicum Matth. ed. B. & B. pin. Narbonense Dod. descr.

Absinthium Seriphium Dod. Ponticum Tridentinum herbariorum Obs. Lob. Ponticum tenuifolium Austriacum. B. pin. Nabathærum Auic. Tab.

Absinthium marinum Seriphio vulgari simile odoris grati?

Absinthium tenuifolium Dod. Ponticum Matth. ed. B. Ponticum tenuifolium incanum. B. pin.

Absinthium Santonicum Gallicum. B. pin. Xantonicum vulgare Obs. Lob. semen Sanctum hort. Morin.

Absinthium Alpinum umbelliferum Clus. Alpinum umbelliferum latifolium. B. pin.

Acacia Ægyptiaca hist. Lugd. foliis Scorpioidis leguminosæ. B. pin.

Acacia trifolia. B. pin. altera Dod.

Acacia Americana Robini, Cornuti.

Acacia orbis Americani altera, omnium pulcherrimo flore. Poincilate & la Poinci, Du Tertre.

Acacia viridis Plinij, D. Des Fontaines.

Acanthium Dod. Spina alba tomentosa latifolia sylvestris. B. pin.

Indig.

Acanthium Illyricum Obs. Lob.

Acanthium Lusitanicum. horti Regij Blesensis.

Acanthium Boeticum flore minore. D. Berard.

- Acanthus sativus* Dod. sativus vel mollis Virgilij B. pin. Branca
vrsina Italica vera Tragi.
- Acanthus sylvestris* Dod. aculeatus. B. pin. Branca vrsina acu-
leata Lugd.
- Acarna flore luteo patulo*. B. pin. *Carlina sylvestris minor*
Dod. *Indig.*
- Acarna flore purpuro-rubente patulo*. B. pin. *Acanthioides*
parua Apula Col.
- Acarna major caule folioso*. B. pin. *Chamaeleon Salmanticen-*
sis Clus.
- Acer major* Dod. *montanum candidum*. B. pin. *Indig.*
- Acer montanum flauum* f. *crispum*. B. pin. *Opulus montanus*
hist. Lugd. descr.
- Acer minor* Dod. *campestre & minus*. B. pin. *Indig.*
- Acer Monspessulanum* hist. Lugd. *trifolia*. B. pin.
- Acetosa pratensis*. B. pin. *Oxalis* Dod. *Indig.*
- Acetosa montana maxima*. B. pin. *Oxalis major Broccenber-*
gensis Thal. syl. *Hercyn.*
- Acetosa vesicaria peregrina hort.* Eyst. *Americana foliis lon-*
gissimis pediculis donatis. B. pin. & prodr.
- Acetosa rotundifolia hortensis*. B. pin. *Oxalis rotundifolia* Dod.
- Acetosa aruensis lanceolata*. B. pin. *Oxalis minima* Dod. *Indig.*
- Acetosa Cretica semine aculeato*. B. prod. & pin.
- Acetosa flore vidua*. D. Des Bertinieres.
- Acetosa lucida hastato folio atro-virescente?*
- Aconitum vnifolium luteum Bulbosum*. B. pin. *Hyemale Pon-*
ticum. Eyst.
- Aconitum Lycoctonum luteum*. B. pin. *Luparia* Tragi. *Lyco-*
ctonum vulgare Clus.
- ~~*Aconitum lycoctonon luteum maius* Dod. *lycoctonum luteum*
B. pin.~~
- Aconitum Lycoctonum luteum minus* Dod. *descript.*
- Aconitum flore albo & caeruleo vario*, seu *Napellus gloriosus*
hor. Hermans.

- Aconitum inflexâ comâ maximum. B. pin. Nutante comâ
 quintum Clusij.
 Aconitum lycoctonon flore Delphinij Dod. cæruleum glabrum
 flore Consolidæ regalis. B. pin.
 Aconitum cæruleum seu Napellus primus. B. pin. Napellus
 Dod.
 Aconitum violaceum seu Napellus secundus. B. pin. Lycocto-
 non quartum Tauricum Clus.
 Aconitum lycoctonon quintum Neubergense Clus. purpureum
 seu Napellus tertius. B. pin.
 Aconitum lycoctonon cæruleum paruum Dod. cæruleum mi-
 nus seu Napellus minor. B. pin.
 Aconitum spicâ florum pyramidali. hort. Regij Blef.
 Aconitum caule & pediculis rubris. hort. Regij Blef.
 Aconitum salutiferum seu Anthora. B. pin. Anthora Dod.
 Aconitum racemosum. B. pin. Christophoriana Dod.
 Aconitum baccis niueis Cornuti.
 Aconitum baccis rubris Cornuti.
 Aconitum Pardalianches alterum, siue Thora minor. B. pin:
 Thora Valdensis Dod.
- Acorus verus seu Calamus aromaticus Officinarum. B. pin:
 Acorum legitimum Clus.
 Acorus adulterinus. B. pin. Gladiolus luteis liliis Cordi. Iris
 palustris lutea Tab. *Indig.*
- Adiantum foliis Coriandri. B. pin. Adiantum seu Capillus
 Veneris verus Adu. Lob.
 Adiantum Americanum Cornuti. Fruticosum Brasilianum.
 B. prodr.
 Adiantum nigrum Plinij Lob. Dryopteris nigra Dod. *Indig.*
 Adiantum mas Tab.
- Adonis Matth. ed. B. sylvestris flore phœniceo. B. pin. *Indig.*
 Adonium luteum Tab. *Indig.*
- Æthiopsis Dod. foliis sinuosis. B. pin.
- Ageratum Matthioli hist. Lugd. foliis ferratis B. pin. Eupato-

- rium Mesue Tragi. Costus minor hortensis Gesn.
 d em floribus candidis Obs. Lob. & B. pin.
 Ageratum foliis serratis Monspeliensium majus. B. pin. Pallide:
 luteo flore?
 Ageratum purpureum hist. Lugdun. serratum Alpinum. B. pin.
 Ageratum villosum purpureum. horti Reg. Blef.
- Alaternus prima Clus. Philyca elatior. B. pin.
 Alaternus altera foliis rotundioribus, & per oras rubris Clusij.
 Philyca humilior. B. pin.
 Alaternus foliis ex albo variegatis. horti Reg. Blef.
 Alaternus foliis ex luteo variegatis. hort. Reg. Blef.
- Alcea vulgaris Dod. vulgaris major. B. pin. *Indig.*
 Alcea folio rotundo laciniato. B. pin. Malua seu Alcea monta:
 na Col. *Indig.*
 Alcea fruticosa cannabino folio Clus. cannabina. B. pin.
 Alcea Syriaca hort. Eyst. arborescens Syriaca. B. pin. Althæa
 frutex secunda Clus.
 Alcea Syriaca flore candido hort. Eyst.
 Alcea vesicaria surrecta Capitis bonæ spei flore majore?
 Alcea Veneta hort. Eyst. vesicaria Dod. B. pin.
 Alcea villosa Dal. hist. Lugd. hirsuta, B. pin. *Indig.*
 Alcea Indica vmi folio?
 Alcea Indica paruo flore. B. pin. Ægyptia Clus. Bamia Ale:
 xandrina Cæsalp.
 Alcea Ægyptiaca villosa. B. pin. Bamia muschata Vestingij
 Obs. in Prosp. Alp.
 Alcea folio trifido. Malua folio vario. B. prodr.
- Alchimilla Dod. vulgaris Clus. B. pin. *Indig.*
 Alchimilla minor alpina.
 Alchimilla minima montana Col? Saxifraga, seu Perchepier
 Anglorum Icon. Lob. Chærophylo nonnihil similis. B. pin.
 Alchimilla Pentaphyllæ Alpina. B. prod.
- Alliaria Dod. B. pin. *Indig.*
- Allium Dod. sativum. B. pin. *Indig.*

- Allium sativum alterum, siue Allioprasum caulibus summo circumvoluto. B. pin. sativum secundum Dod. Creticum siue Serpentinum Camer.
- Allioporrum siue Scorodoprasum. B. pin. Scorodoprasum Galeni Ægin. porcinum Caroli Stephani.
- Allium sphaericeo capite folio latiore. B. pin. Ampeloprasum Dod. Scorodoprasum primum Clus. *Indig.*
- Allium sphaericeo capite angustiore folio. B. pin. Scorodoprasum alterum Lob. Lugd.
- Allium Vrsinum Fuchsi. Sylvestre latifolium B. pin. *Indig.*
- Allium anguinum Matthioli histor. Lugdun. Montanum latifolium maculatum B. pin. Victoralis longa Clus.
- Allium sylvestre tenuifolium Dod. campestre juncifolium capitatum purpurascens majus B. pin. *Indig.*
- Allium montanum bicorne flore obsoletiore B. pin. Moly lurido colore Sweetij. *Indig.*
- Allium montanum capite rotundo B. pin. Allium seu Moly montanum quintum Clus.
- Allium montanum foliis Narcissi majus B. pin. Allium seu Moly narcissinis foliis primum Clus.
- Alnus Dod. vulgaris Clus. rotundifolia glutinosa viridis. B. pin. *Indig.*
- Alnus nigra baccifera hist. Lugdun. B. pin. Frangula Dod. *Indig.*
- Alni effigie lanato folio major. B. pin. Aria Theophrasti effigie Alni Adu. & Icon. Lob.
- Alni effigie lanato folio minor. B. pin. Amelanchier Gallorum Obs. Lob.
- Alni effigie lanato folio minor Indica seu Aria Theophrasti Indica Robini?
- Aloe Dod. vulgaris. B. pin.
- Aloe ex America Dod. folio in oblongum aculeum abbreviate. B. pin.
- Asine hederulae folio. B. pin. Hederacea Tab. *Indig.*
- Asine foliis Veronicæ Tab. Veronicæ foliis, flosculis cauliculis adherentibus. B. pin. *Indig.*

- Alfne foliis Triffagini: Icon. Lob. Chamædryfolia flosculis pediculis oblongis insidentibus. B. pin. *Indig.*
- Alfne triphyllis cærulea. B. pin. Elatine triphyllis hist. Lugd. *Indig.*
- Alfne scandens baccifera. B. pin. Cucubalus Plinij hist. Lugd. *Indig.*
- Alfne altissima nemorum. B. pin. major Dod. *Indig.*
- Alfne media. B. pin. minor Dod. *Indig.*
- Alfne minor multicaulis. B. pin. Minima Dod. *Indig.*
- Alfne petræa minima Tab. minor Lini capitulis. B. pin.
- Alfne affinis Androsace dicta major. B. pin. Androsace altera Matthioli Cluf. *Indig.*
- Alfne spergula dicta major. B. pin. Sagine spergula Obs. Lob. *Indig.*
- Alfne Spergulæ facie seu Spergula minor subcæruleo flosculo. B. prodr. *Indig.*
- Alfne perfoliata. D. De Giury.
- Alfne fontana Tab. aquatica media. B. pin. *Indig.*
- Alfne littoralis foliis portulacæ. B. pin. Alfines Pelagicum genus Cluf.
- Alfne nodosa Germanica. B. prodr. *Indig.*
- Alfne tenuifolia muscosa. B. pin. Muscosa hist. Lugd. *Indig.*
- Alfne inaperto flore. *Indig.*
- Alfne hirsuta magno flore. B. pin. Auricula muris quibusdam Dod. Gall. ed.
- Alfines facie Planta noua Col. Cynocrambe Dioscor. B. pin.
- Althæa, Ibisus Dod. vulgaris Cluf. Althæa Dioscoridis & Plinij. B. pin. *Indig.*
- Althæa arborea Olbia Lob. frutescens folio acuto, paruo flore. B. pin.
- Althæa Theophrasti flore luteo. B. pin. Abutilon auicennæ hort. Eyst.
- Althæa frutescens folio rotundiore incano, Gallica magno flore. B. pin. Althæa fruticans Cluf.
- Althæa geranij folio Robini?
- Althæa americana hort. Hermans. forte Alcea americana Cluf.
- Althæa annua semine rostrato, Herba Brasiliiana, incolis

Bassourinfa dicta D. Brabant.

Alysson Galeni Dod. verticillatum foliis profundè incisis;
B. pin. Planta Hispanica Marrubio similis Col.

Alysson Dioscoridis Col. verticillatum foliis crenatis. B. pin.
Alysson minimum Dal.

Amaranthus maximus. B. pin. Quintia seu Blitum majus Pe-
ruanum Clus.

Idem femine rubro hort. Reg. Blef.

Amaranthus coccineus elegans maximus Park.

Amaranthus maximus femine nigro. hort. Reg. Blef.

Amaranthus spicis viridibus. hort. Reg. Blef.

Amaranthus cristatus Camerarij hort. Eyst. paniculâ incuruâ
B. pin.

Amaranthus holosericeus luteus.

Idem obsoleto phœniceo flore.

Idem paniculâ incuruâ ex viridi purpurascente.

Idem paniculâ ex luteo virescente.

Idem xerampelinâ spicâ tenuiore.

Idem spicâ tenuissimâ ferruginei coloris.

Amaranthus spicâ multiplici obsolete violaceâ.

Amaranthus holosericeus conglomeratus ex luteo purpu-
rascens.

Idem ex æneo & carneo varius.

Amaranthus Cristatus æneo colore & miniato pictus.

Idem aureo panno concolor & purpureo-variis.

Idem igneâ cristâ ex aureo rutilante.

Idem regij coloris cristâ breuiore.

Amaranthus purpureus Dod. paniculâ conglomeratâ.

B. pin.

Amaranthus spicatus hort. Eyst. simplici paniculâ. B. pin.

Amaranthus tricolor hort. Eyst. Icon. Lob. folio variegato.

B. pin.

Amaranthus auriculatus phœniceo flore D. Moriffone.

Amaranthus Indorum D. De Giury?

Ambrosia campestris repens. B. pin. Coronopus repens Lob.
hist. Lugd. Indig.

Ambrosia

- Ambrosia fatiua. hortensis Lob. maritima B. pin.
- Ammi vulgare Dod. majus B. pin.
 Ammi Matth. ed. B. pin.
 Ammi Creticum aromaticum Adu. Lob. Ammi alterum Apij;
 femine. B. pin.
 Ammi Indicum? D. De Giury.
 Ammi Lusitanum majus?
- Amygdalus Dod. fatiua B. pin. *Indig.*
 Amygdalus Indica nana hor. Morin. Pumila hort. Regij Blef.
 Amygdalus major fructu siue cortice duriore.
- Anagallis phœniceo flore B. pin. mas phœnicea Icon. Lob.
Indig.
 Anagallis flore cœruleo B. pin. femina cœrulea Icon. Lob.
Indig.
 Anagallis tenuifolia Monnelli Clus. app. alt.
 Anagallis lutea nemorum B. pin. flauo flore Clus. *Indig.*
 Anagallis omnium minima hort. Reg. Blef.
 Anagallis aquatica major folio oblongo B. pin. Berula major
 Tab. *Indig.*
 Anagallis aquatica minor folio subrotundo B. pin. Aquatica;
 seu Becabunga Germanorum Ad. Lob. *Indig.*
 Anagallis aquatica folio rotundo non crenato B. pin. Aquatica
 tertia Icon. Lob. *Indig.*
 Anagallis aquatica angustifolia B. pin. Aquatica quarta. Icon.
 Lob. *Indig.*
 Eadem flore albo. *Indig.*
- Anagyris Dod. foetida B. pin.
 Anagyris non foetida major vel Alpina B. pin. Laburnum Dod.
 Gall. ed.
- Anchusa annua Lusitanica pullo flore D. Noblaert: fortè;
 Echium nigrum flore eleganti Prof. Alpin. exotic.
 Anchusa puniceis floribus B. pin. minor seu Alcibiadion, vel
 Onochiles Lob.
 Anchusa lignosior angustifolia Adu. Lob. angustifolia B. pin.
 B.

Anil siue Indigo Linscot. Glasto affinis. B. pin.

Androsæmum Dod. maximum frutescens. B. pin. *Indig.*

Androsæmum maximū frutescens non bacciferū D. De Giury.

Androsæmum Campoclarensē Col. Aseyrum seu Hypericum bifolium glabrum non perforatum B. pin. *Indig.*

Androsæmum alterum Apulum Col. perfoliatum & perforatum. B. pin. *Indig.*

Androsæmum alterum hirsutum Col. hirsutum B. pin. *Indig.*

Androsæmum foetidum seu Tragodes hort. Eyst.

A N E M O N E.

Anemonum genus duplex, latifolium vnum, alterum tenuifolium : Illius folia quæ primum crumpunt, herbida & viridia, minutius laciniosa atque tergemina, quod hederæ foliis simillima sint, Gallis dicuntur *Lierreés*. Huius verò quod tripartitò dissecta sint, per ambitum serrata modice, leniter crispa vireant, & Apij folia mentiantur; simili ratione nobis vocantur, à *feuilles de Persil*. At Anemone tenuifolia, si sit flore simplici, senis latioribus foliis in Rosæ modum circinnatis sese explicat, medio globulo nigricante pilis tenuissimis obfuso ; Etenim quæ pleno nascitur flore, non modo sex illis constat foliis majoribus, sed & interdum angustissimis foliolis, latioribus interdum, iisque plurimis conglomeratis pro florum elegantia; eiusmodi foliola Galli vocant, *planche ou panne*. Interdum & staminibus in circulum digestis superbiens exerit caput ; dicunturque isthæc stamina, *le Collier*, quæ minoris vt pretij, sic & æstimationis reddunt florem : vel minutissimis & breuioribus adhuc foliolis, folia inter & foliola circumamiciuntur, dicta *la fraise*, quæ rarioribus ideo pretium addunt quod illa, indicia sint plenissimi floris. Sed Anemone latifolia siue simplex illa fuerit, seu flore duplo, vel pleno ; foliis profus carens, foliis solummodo constat, simplici dumtaxat ordine digestis in orbem ; Interdum innumeris in se inuicem, Calendulæ modo conglobatis, vti obseruare licet in Calcedonica. Pauo majore & eâ quam *Sylvie*, aut *Dauphine* vocant. tertium denique genus, est Hermaphroditarum, quæ cum tenuifoliæ sint & flore pleno, solis

tamen foliis adornantur sine foliolis.

Anemone tenuifolia flore simplici coccineo hort. Reg. Bles.

Cramosina Sweertij.

Anemone tenuifolia simplici flore dilutè purpureo hort. Reg. Bles.

Eadem flore simplici igneo. Flamma rubra Svecertij.

Eadem simplici violaceo flore hort. Reg. Bles.

Eadem flore simplici albo circa caulem purpurascente, eiusdem horti.

Eadem flore simplici exalbido, eiusdem horti. Albicans. B. pin.

Eadem flore simplici ex albo rubescente horti. Reg. Bles.

Eadem simplici dilutè violaceo flore. Eiusdem horti.

Eadem degeneri pallore decolor. *Chamois.*

Anemone tenuifolia flore magno suaue-rubente vnguibus purpureis. B. pin.

Eadem atro-purpurea vnguibus albis.

Anemone tenuifolia flore simplici alba-grisea versicolor Sweert.

Anemone tertia Matth. ed. B. sylvestris prima Clus. sylvestris alba major B. pin. *Indig.*

Anemone Alpina alba minor. B. pin. Quæ quarta in Prod.

Anemone tenuifolia ex griseo dilutè violacca flore simplici.

Eadem pleno flore, dicta *grise Dodier.*

Anemone tenuifolia flore pleno pallido candore lactescente, *Blanche de lait.*

Anemone tenuifolia flore pleno floreas foliorum niues gratâ viriditate diluens.

Anemone circumfusis foliis obsoletius purpurea vmbilico blandè virenti.

Anemone flore maximo foliis majoribus folio breui lateritiis languido virore vmbilicata. *D. Boutin.*

Anemone intense miniata foliis & foliolis interfuso candore lutescentibus. *Dorothee.*

Anemone flore pleno lutose albido (*gris sale*) margine rosca. *Albicante.*

Anemone tenuifolia foliis rubris albedine virgatis. *Regate vulgare.*

Anemone tenuifolia flore pleno. Ignis fulgore ardens innocenterque flammea. *Incarnadine d'Espagne.*

Anemone tenuifolia rutilo & albo varia. *Gallipoli de Thoulouse.*

- Anemone tenuifolia pleno flore, foliis latioribus, mali Persicæ rubello flore concolor. *Perciquine.*
- Anemone tenuifolia pleno flore carneo rutilis guttata punctis maxima. *Albertine.*
- Anemone coccinea holosericeo pleno flore Icon. Passçi. *Cramoisie.*
- Anemone flore pleno foliis & foliolis rubris. hort. Reg. Bles.
Double rouge.
- Anemone flore pleno ex viridi-rubescente foliolis interius rubentibus. hort. Reg. Bles.
- Anemone xerampelina, *rose seiche*, multiplex latis foliolis sine foliis, Ranunculi flore. *Ranunculée.*
- Anemone flore rutilo & lactis albedine tricolor. Purpurea foliis niueo candore stolatis Ioan. Baptist. Ferrarij. *Orlate Romaine.*
- Anemone tenuifolia pleno flore foliis & foliolis fulgentissimo cocco splendentibus oris niueis. *Orlate de Flandres.*
- Anemone tenuifolia pleno flore, foliis holosericeis ex albo & rubro purpureo variegatis foliolis ex ianthino fuscis, comâ minutissimâ holosericeo rubro-purpureo simili. *Amaranthe ou Quatricolor.*
- Anemone tenuifolia foliis obsoletè candidis rutilo splendore irroratis comâ pari. *Scala.*
- Anemone latifolia flore simplici suauerubente.
- Eadem flore pleno, Mali Persicæ quoad florem æmula. *Rosée.*
- Anemone latifolia Calcedonica major flore pleno viridi, lincis rubentibus Svcertij.
- Anemone latifolia Calcedonica maxima viridibus distincta lincis Svcertij.
- Anemone latifolia Pauota multiplex flore miniato Bry.
- Eadem umbilico flavescente Clus.
- Eadem foliis ex rubro & albo variis. Pauo major herbariorum.
La merucille.
- Anemone latifolia seu Pauo minor foliis amæno violacco & albo variegatis. *Dauphine ou Sylvie.*
- Anemone tenuifolia flore pleno Hermaphrodita foliis circa basim rutilis cacumine albescente. D. Boutin.
- Eadem majore flore foliis ferrugineo & albo colore pariliter diuisis. D. Boutin.
- Eadem holosericea coccineo pleno flore maximo.

Eadem violaceo, & dilutè violaceo flore.

Anemone Hermaphrodita foliis circa basim & mediâ sui partem
rubris, alterâ parte lactis candore fulgentibus.

Anethum Dod. Hortense B. pin.

Anethum sylvestre minus B. prod.

Angelica major Dod. sativa B. pin.

Angelica sylvestris Dod. Sylvestris major B. pin. *Indig.*

Angelica sylvestris minor seu erratica B. pin. Podagraria Germanica seu Belgica Obs. & Icon. Lob. *Indig.*

Angelica montana maxima. Archangelica Dod. Clus.

Angelica sylvestris montana. B. pin. Montana minor Tab.

Angelica lucida Canadensis Cornuti.

Angelica atro purpurea Canadensis Cornuti.

Angelica Richeri? Fortè Sefeli Peloponnense Lob.

Angelica maxima semine rotundiore. hort. Hermans. Scandinavica Tab. an Archangelica Dod.?

Angelica Transsylvanica D. de Giury.

Anguria Brasiliiana B. pin.

Anisum Dod.

Anonis spinosa flore purpureo B. pin. Anonis Fuch. Dod. *Indig.*

Eadem flore albo Tab.

Anonis floribus exiguis luteis. Anonis lutea sylvestris minima Col. *Indig.*

Anonis spinosa lutea major B. pin. Ononis montana lutea Gesn.

Anonis viscosa spinis carens lutea major. B. pin. Natrix Plinij herbariorum Adu. Lob.

Anonis non spinosa flore luteo variegato. B. pin. Ononis flore luteo variegato non spinosa Eyster.

Anonis non spinosa purpurea Cretica? Fortè Anonis mitis annua. horti Reg. Bles.

Anonis flore pendulo purpureo D. Berard. An? eadem quæ viscosa minor flore pendulo. B. prod. nisi quod sit lutea.

Anonis frutescens? D. Berard.

Anthyllis leguminosa Hispanica flore rubro hor. Groningæ.
Anthyllis prior lentifolia maritima Peplios effigie Ad. & Icon.
 Lob. *Portlandiæ lentifolia* Penæ hist. Lugd.
Anthyllis marina incana alfine folia Narbonensium Lob. ma-
 ritima *alfine folia* B. pin.

Antirrhinum majus rotundiore folio B. pin. *Cynocephalus*
 Plinij. hist. Lugd. *Quoad florem.*

Antirrhinum majus alterum folio longiore B. pin. *Magnum ru-*
berrimum Dod. *Cynocephalus* Plinij. hist. Lugdun. *Quoad*
folia.

Idem flore albo oris rubris. Eyster.

Idem niueo flore oris luteis. Eyster.

Antirrhinum flauescens Dod. descript.

Idem lacteo flore.

Antirrhinum ex dilutè albo purpurascens Dod. Descript.

Antirrhinum aruense majus B. pin. *Primum* Math. ed. B.

Idem flore albo. hort. Reg. Bles.

Antirrhinum aruense minus B. pin. *Os Iconis in vincis* Cæ-
 salp. *Indig.*

Aparine Dod. vulgaris B. pin. *Indig.*

Aparine semine læui. *Indig.*

Aparine fructu verrucoso.

Apios Americana Cornuti.

Apium hortense Dod. *hortense seu Petroselinum vulgò*
 B. pin.

Apium vel Petroselinum crispum B. pin. *Petroselinum cris-*
pum Cam.

Apium hortense maximum B. prod.

Apium montanum folio tenuiore B. pin. *Petroselinum Dal-*
 hist. Lugd.

Apium montanum folio ampliore B. pin. *Oreoselinum* Clus.
Oreoselinum siue Veeltgutta Dod. *Indig.*

Apium sylvestre seu Thyssellium Dod. *sylvestre lacteo succo*

- turgens. B. pin.
- Apium montanum nigrum B. pin. Oreoselinum Parisiense hist. Lugd.
- Apium peregrinum foliis subrotundis B. pin. Selinum peregrinum Clus.
- Apium petræum siue montanum album Ioan. Bauh.
- Apium palustre, & Apium officinarum B. pin. Eleoselinum Dod. Indig.
- Apium Macedonicum B. pin. Petroselinum Macedonicum Ad. Lob. Petroselinum Macedonicum verum herbar.
- Apocynum rectum Syriacum foliis Esulæ raræ Venetorum?
- Apocynum folio subrotundo B. pin. Primum latifolium Clus.
- Apocynum folio oblongo B. pin. Periploca serpens angustiore folio Obs. & Icon. Lob.
- Apocynum majus Syriacum rectum Cornuti. Lapathum Ægyptiacum lactescens B. pin.
- Apocynum rectum minus Canadense Cornuti. Umbellato rubro flore horti Hermans. Americanum Asclepiadis folio.
- Aquifolium Matth. ed. B. Ilex aculeata baccifera folio sinuato, B. pin. Indig.
- Aquifolium folij facie vadique eschinatâ, Cornuti.
- Aquilegia Fuchf. syluestris. B. pin. Indig.
Eadem quæ
Aquilegia flore albo simplici hort. Eyst.
- Aquilina rubra Icon. Lob.
- Aquilegia pumila præcox Canadensis Cornuti.
- Aquilegia hortensis multiplex flore magno, B. pin. Aquilegia multiplici flore cœruleo Dod.
- Aquilegia flore pleno albo hort. Eyst.
- Aquilegia flore pleno incarnato hort. Eyst.
- Aquilegia flore pleno versicolori, hor. Reg. Blesf.
- Aquilegia flore roseo multiplici, B. pin. Stellata flore purpureo hort. Eyst.
- Aquilegia stellata flore violacco hort. Eyst.
- Aquilegia stellata flore albo, hor. Reg. Blesf.

Arbor lanifera!

Arbor venenata.

Arbutus Dod. folio ferrato B. pin.

Argemone lutea radice viuâ : Argemone Alpina lutea Co-
riandri folio B. pin. Lutea Ponz.

Argemone capitulo torulis canulato Obs. Lob. capitulo bre-
uiori B. pin. *Indig.*

Argemone capitulo longiore Obs. Lob. B. pin. *Indig.*

Argemone capitulo glabro D. Berard.

Arisarum angustifolium Dod. angustifolium Dioscoridis. fortè
B. pin.

Arisarum latifolium quibusdam Ioan. Bauh. & Dod. Arum-
litoris nigris & luteis, venis albis signatum?

Arisarum Serpentariæ majoris folio viridi pallefcente ? hort.
Hermans.

Aracus perennis flore cæruleo éléganti. hort. Hermans.

Aristolochia rotunda Dod. rotunda flore ex purpurâ nigro
B. pin.

Aristolochia longa Dod. longa vera B. pin.

Aristolochia clematidis recta B. pin. Clematidis vulgaris Clus.
Indig.

Aristolochia, Pistolochia dicta B. pin. Pistolochia Clus.

Artemisia Matth. ed. B. vulgaris major B. pin. *Indig.*

Arum vulgare folio subrotundo maculatum maculis nigris.
Indig.

Idem spicâ violaceâ. D. Des Bertinieres.

Arum venis albis B. pin.

Arum venis albis lituris nigris signatum. hor. Reg. Bles.

Arum Fuchf. vulgare non maculatum. B. pin. *Indig.*

Arum maculatū maculis nigris B. pin. Maculatum Tab. *Indig.*

Arum maculatum maculis candidis B. pin. Cast. deser.

Arum

Arum Indicum amplo flore.

Arum maximum Ægyptiacum, quod vulgò Colocasía B. pin.

Colocasía Ægyptia florida Vessingij Obs. in Prosp. Alp.

Arum aquaticum non maculatum Belgarum?

Arundo vallatoria seu phragmites Obs. & Icon. Lob. vulgaris
seu phragmites Dioscoridis B. pin. *Indig.*

Arundo donax seu Cypria Dod. sativa B. pin. *Indig.*

Arundo Indica variegata seu Laconica Theophrasti, Cornuti.

Arundo Indica florida, Cannacorus quorundam. Obs. & Icon.

Lob. Indica latifolia B. pin. Canná Indica rubra hort. Eyst.

Arundo Indica latifolia flore luteo punctato B. pin. Canná In-
dica lutea rubris maculis punctata hort. Eyst.

Afarum Dod. B. pin. *Indig.*

Afarum Canadense Cornuti.

Asclepias Fuchf. albo flore B. pin. *Indig.*

Asclepias angustifolia flore flavescente. *Indig.*

Asclepias nigro flore B. pin. altera flore nigro Obs. Lob.

Ascyrum Matth. ed. B. Dod. Lob. *Indig.*

Asparagus hortensis Dod. sativa B. pin. *Indig.*

Asparagus marinus Clus. maritimus crassiore folio B. pin.

Asperula odorata flore albo Dod. Asperula seu Rubeola mon-
tana odora B. pin. *Indig.*

Asperula cærulea Dod. cærulea arvensis B. pin. *Indig.*

Asperula seu Rubeola Indorum? D. de Giury.

Asphodelus albus ramosus mas B. pin. major albus hort. Eyst.

Asphodelus albus non ramosus B. pin. Hastula regia seu As-
phodelus Matth. ed. B.

Asphodelus luteus Dod. luteus & flore & radice B. pin.

Asphodelus foliis fistulosis B. pin. minor Clus. Phalangium
Cretæ Salonensis Ad. Lob.

Asphodelus albus minimus B. pin. minimus Clus.

Asphodelus spiralis major luteus, foliis circa florem umbellæ
modo dispositis.

Asplenium Dod. *Ceterach officinarum* B. pin.

Aster luteus foliolis ad florem rigidis B. pin. *Aster primus* Clus.

Aster cernuus Col. *Atticus* foliis circa florem mollibus B. pin.

Aster montanus luteus falicis glabro folio B. pin. *Austriacus secundus* Clus. *Indig.*

Aster conyzoides odoratus luteus hort. Eyst.

Aster Atticus supinus Dod. *luteus supinus* B. pin.

Aster luteus alatus Cornuti.

Aster Atticus Dod. *Atticus cœruleus vulgaris* B. pin.

Aster præcox flore cœruleo majore. horti Reg. Blef.

Aster elatior flore cœruleo minore, eiusdem horti.

Aster montanus cœruleus magno flore foliis oblongis B. pin.

Alpinus cœruleo flore seu septimus Clus.

Aster minor Narbonensium Tripolij flore, *Linariæ folio* Lob. Tripolij flore B. pin.

Aster flore Tripolij latifolius. hort. Reg. Blef.

Asteriscus latifolius autumnalis Cornuti.

Aster serotinus Tradescanti.

Aster flore Bellidis sylvestris minoris. hort. Reg. Blef.

Aster Canadensis annuus. *Indig.*

Astragalus Bæticus Clus. *Bæticus lanuginosus radice amplissima* B. pin.

Astragalus Monspeliensis Clus.

▲ *Astragalus sylvaticus* Thal. *sylvaticus foliis oblongis glabris* B. pin. *Indig.*

Astragalus Patavinus? forte vicia Sefamacea Col.

Atractylis Dod. *lutea* B. pin. *Indig.*

Atriplex fatiua alba Icon. Lob. *hortensis alba seu pallidè virens* B. pin.

Atriplex hortensis rubra B. pin. *rubra* Tab. *Indig.*

Atriplex sylvestris vulgatiore sinuata Lob. *sylvestris folio sinuato candicante* B. pin. *Indig.*

Atriplex sylvestris latifolia B. pin. *Pes anserinus* Dod. *Indig.*

Atriplex sylvestris latifolia acutiore folio B. pin. *Chenopo-*

- dium, *Pes anserinus secundus* Tab. *Indig.*
Atriplex sylvestris Mori fructu B. pin. *sylvestris baccifera*
 Clus.
Atriplex sylvestris fragifera media, & minor. hort. Reg. Bles.
Atriplex sylvestris lappulas habens B. prodr. *Indig.*
Atriplex foetida B. pin. *vulvaria* Tab. *Indig.*
Atriplex sylvestris Polygoni, aut *Helxines foliis* Obs. & Icon.
 Lob. angusto oblongo folio B. pin. *Indig.*
Atriplex folio hastato. hort. Reg. Bles. *Indig.*
Atriplex marina Dod. *maritima laciniata* B. pin.
Atriplex maritima Vallerandi ? D. de Giury.

Auena Dod. *vulgaris seu alba* B. pin. *Indig.*
Auena nigra B. pin. *Indig.*

Azedarach Dod.

B

- B** *Balsamina cucumerina punicea* Obs. & Icon. Lob. rotun-
 difolia repens seu mas B. pin.
Balsamina femina persicifolia Obs. & Icon. Lob. femina B. pin.
Balsamina lutea, siue noli me tangere B. pin. *Impatiens herba*
 Dod.

Barba caprae Fuchf. floribus oblongis B. pin.
Barba caprae floribus compactis B. pin. *Vlmaria* Clus. *Indig.*

Barba Iouis hist. Lugd. B. pin.

Bellis major Dod. *sylvestris caule folioso major* B. pin. *Indig.*
Bellis Alpina major rigido folio B. prodr.
Bellis ramosa umbellifera Cornuti.
Bellis media hist. Lugd. *sylvestris media caule carens* B. pin.
Indig.
Bellis minor sylvestris Fuchfij hist. Lugd. *Sylvestris minor*.
Indig.
Bellis hortensis multiplici flore Obs. Lob.
Bellis hortensis prolifera B. pin. *Variegata prolifera* Eyst.

Bellis minor flore multiplici albo hort. Eyst.
 Bellis cærulea caule folioso B. pin. Cærulea seu Globularia
 Monspeliaca Icon. Lob. *Indig.*
 Bellis cærulea montana frutescens B. pin. Scabiosa decima seu
 repens Clus. *Indig.*
 Bellis lutea foliis profundè incis major B. pin. Chrysanthe-
 mum segetum Obs. & Icon. Lob. *Indig.*
 Bellis peregrina denso fragilique folio D. Moriffone.

Berberis dumetorum B. pin. vulgaris Clus. Oxyacantha Ga-
 leni. *Indig.*

Beta communis siue viridis B. pin. Agrestis Trag.
 Beta alba Matth. ed. B. alba vel pallefcens quæ cicla officina-
 rum B. pin.
 Beta rubra vulgarior Obs. & Icon. Lob. rubra vulgaris. B. pin.
